# WAR WITH HANNIBAL TEST 2
# CHAPTERS XII-XVI

*Read the following passages and answer the questions that follow.*

**P. Cornelius Scipio's successes in Spain**

XV. Intereā ad Hispāniās, ubi occīsīs duōbus Scīpiōnibus nullus Rōmānus dux erat, P. Cornēlius Scīpiō mittitur, fīlius P. Scīpiōnis, quī ibīdem bellum gesserat, annōs nātus quattuor et vīgintī, vir Rōmānōrum omnium et suā aetāte et posteriōre tempore ferē prīmus. Is Carthāginem Hispāniae capit, in quā omne aurum, argentum et bellī apparātum Āfrī habēbant, nōbilissimōs quoque obsidēs, quōs ab Hispānīs accēperant. Māgōnem etiam, frātrem Hannibalis, ibīdem capit, quem Rōmam cum aliīs mittit. Rōmae ingēns laetitia post hunc nuntium fuit. Scīpiō Hispānōrum obsidēs parentibus reddidit; quārē omnēs ferē Hispāniae ūnō animō ad eum transiērunt. Post quae Hasdrubalem, Hannibalis frātrem, victum fugat et praedam maximam capit.

**Recapture of Tarentum**

XVI. Intereā in Ītaliā consul Q. Fabius Maximus Tarentum recēpit, in quā ingentēs cōpiae Hannibalis erant. Ibi etiam ducem Hannibalis Karthalōnem occīdit, XXV mīlia hominum captīvōrum vendidit, praedam mīlitibus dispertīvit, pecūniam hominum venditōrum ad fiscum retulit. Tum multae cīvitātēs Rōmānōrum, quae ad Hannibalem transierant prius, rursus sē Fabiō Maximō dēdidērunt. Insequentī annō Scīpiō in Hispāniā ēgregiās rēs ēgit et per sē et per frātrem suum L. Scīpiōnem; LXX cīvitātēs recēpērunt. In Ītaliā tamen male pugnātum est. Nam Claudius Marcellus consul ab Hannibale occīsus est.

***Translation (24 points)***

1. Translate the first five lines (through *quem Rōmam cum aliīs mittit*).

***Comprehension (6 points)***

2. What reason is given for nearly all of the Spaniards going over to Scipio?
3. What did Fabius do with the plunder from Tarentum?
4. What did many Roman cities do after the recapture of Tarentum?

***Parsing / Grammar (10 points)***

5. What case is *Romae* in line 5?
6. How is *post quae* in line 7 best translated?
7. Translate *Hasdrubalem ... victum fugat* (line 7) first literally and then into idiomatic English.
8. What is the tense and mood of *transierant* in line 12?
9. From the second paragraph, write out one example each of (a) partitive genitive,

   (b) ablative of time when, (c) ablative of personal agent.

***Vocabulary (10 points)***

10. Write out the principal parts and definitions of (a) *reddidit* [line 6], (b) *vendidit* [line 10],

    (c) *dispertīvit* [line 11], (d) *retulit* [line 11], (e) *occīsus est* [line 14].

***History / Background (extra credit)***

What two operations carried out by Marcellus are mentioned by Eutropius (in chapters XII and XIV)? How were they significant?